Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



29

locutionis reprehendit dicens. Ymo locutus sum quod utinam
non dixisset. & alterum quo; ultra non addat. Inquietum malum plena
ueneno morifero. Inquietum addit ad hoc quod dixerat ea
domari non posse. cum bestiae domentur & uoluceres. Plena ue
dicit ueneno morifero ut exponat indomabile ea cum
& serpentes constat posse domari. De cuius atrocitate uene
ni plura subsequenter adnectit. Et ex ipso ore procedit be
nedictio & maledictio. Non oportet. hec ita fieri fratres mei.
Numquid fons de eodem foramine emanat dulce & amara aqua.
Sic dulcis & amara aqua non possunt simul de una uena
fontis ebullire. sed & si misceantur inuase ut cystina dulcis
quidem amarescat abamara. amara autem ex admixtione
dulcis in dulcedinem nescit immutari. ita benedictio &
maledictio in uno ore nullatenus potest euenire. Si quicun;
sic dum benedicere orando ut uerbum ei predicando consueuit
ut & ea maledicere homines non omiserint. constat quia
dulcedinem benedictionis ea amaritudo maledictionis
consumit. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit. & non
est pulchra laudatio more peccatoris. Denique si faciat fistulam
bino ore unde aqua manet. simplici unde exeat. & in hoc
amaram aquam in illo dulcem immittat absque ulla dubietate
ubi ad unum exitus foramen puenerit. permixta utraque & ama
ra apparebit. qua nimirum multo dulce facilius in amarum
ubi commiscentur quam amarum uertitur in dulce. Quo exemplo
colligit quia colloqua mala sicut mores bonos aplo teste
sic & ea sermones bonos corrumpunt. Humquid potest fons mei
ficus oliuas facere. aut uitis ficus. Impmptue qa sic